

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Disqvisitio Ividica Inavgvralis An Et Qvatenvs In Megapoli Pro Domino Praedii,  
Praesidivm Rvstici Ad to Svvm Pertinere Adserente, Militet Ivis Praesvmtio?**

Bvetzovii: [Verlag nicht ermittelbar], A. D. 2. Martii 1770

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn862220939>


Druck Freier  Zugang





Kl. 197(6.)  
Kl. - 1976.





74

DISQVISITIO IVRIDICA  
IN AVGVRALIS

AN ET QVATENVS

IN MEGAPOLI PRO DOMINO PRAEDII,  
PRAESIDIVM RVSTICI AD  $\tau\delta$  SVVM  
PERTINERE ADSERENTE, MILITET

IVRIS PRAESVMTIO?

QVAM

IN ACADEMIA FRIDERICIANA BVETZOVIENSI  
EX DECRETO AMPLISSIMI ORDINIS IVRECONSULTORVM

P R A E S I D E

IOHANNE MATTHIA MARTINI

LL. D. ET P. P. O. AD HVNC ACTVM PRODECANO  
ET PRABEVTA

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN IVRE HONORES ACADEMICOS RITE  
CAPESSENDI

H. L. Q. C.

AD DISCEPTANDVM PROPONIT

A V C T O R

FRIDERICVS WILHELMVS HARTWIG

BVETZOVIENSIS

IVRIS CANDIDATVS ET IN CANCELLARIAE SVERINENS<sup>I</sup>  
RECEPTVS ADVOCATVS ORDINARIVS.



BVETZOVII,

A. D. 2. MARTII 1770.





## INGRESSVS.



Paradoxam sane atque multis forsan ingratam, a praxi quotidiana aequae ac omnium Iurisconsultorum Germanicorum et patriarchum communi non tantum sed et rationibus et legibus apparenter fundata opinione recedentem materiam in hac quali quali dissertatione mea eruditorum examini me subiicere inficias ire non audeo.

Non sane arrogantia , non animus , nouarum vt videar et lauder inuentor veritatum , non superba persuasia , explorasse me , quod tot lumen mundi oculis subterfugit , ad hancce p[re]aliis meditationibus Thesin

A 2

tractan-

tractandam me commouerunt. Sed partim humana misericordia erga gentem rusticam tam utilem et in republica necessariam, nutritorem Civitates inhabitantium, quam saepe occupatissime, plerumque quo domini, qui sibi comparata ab illis vindicant, superbiae et luxuriandi innatae cupidini magis inseruire, gulaeque eo comodius indulgere valeant, commerciantem videre mihi licet, partim rei ipsius pondus, quam pro dignitate, quantum quidem ego noui, nemo hactenus penitus est perscrutatus, partim quod, Iurisprudentia practica tum demum laudem maximam meretur, quoties se accingit ad auxilium suppressis atque pauperibus praestandam, partim denique opinio, Iuuenem, specimen eruditionis editurum eiusque publica defensione summis in iure utroque honoribus consequendis operam naturum thema hand saepius tritum, sed nouitatis luce resplendescens eligere oportere.

Hae sunt caussae ad hanc prae aliis proponendam discutiendamque thesin me commouentes fatis superque contentum, si haec tractatio paucis bonisque placeat. Benevolus lector irreptos forsan errores mecum modeste velit communicare benigneque corrigere impense rogo.

TRA-



# TRACTATIO.

## CAPVT. I.

### §. 1.

 Conditionem hominum rusticorum et proprietorum in terris Germanorum et in primis Megapolii, licet duram satis et, ut quondam Lipsiensis ICTus a) nisi probi, eruditi et prudentes absque discrimine personarum cuique iustitiam administrantes adhuc essent iudices, duriorem quin durissimam, tamen a conditione seruorum Romanorum, quorum, ut ICTus Pomponius b) scribit, ex eo fluxit appellatio, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere consueverint, magnopere adhuc differre noto notius est.

### §. 2.

- a) Carolus Marthias Daegener in Epistola ad Respondentem scripta in fine diss. de abusu qui circa praestationes rusticorum plerumque occurere solet habita Lips. 1731. verbis: Deo sit laus, quod nec hodie deficiant iudices probi, eruditi et prudentes, qui non, nisi secundum acta et probata, indicant omnemque respectum personarum abnuunt. Alias enim rusticorum fors sine dubio foret durissima etc.
- b) in L. 239 §. 1, D, de V. S.

A 3



## §. 2.

Consideratio huius differentiae, cum inseruat tractationi nostra, antequam ad scopum ipsum nobis propositum, progressiamur, paucissimis eam praemittamus, non plane ingrata Lectori futurum speramus. Romanos inter homines atque personas grauiter distinxisse et in hac distinctione differentiam inter Seruos et liberos homines quaesiuisse constat. Personam illi hominem cum statu certo consideratam vocabant, et, quam diuersum sibi cogitabant statum tam diuersam sibi repraesentabant personam, illum vero, cui nullum statum tribuebant, personam esse negabant. Ideam status igitur ante omnia praemittamus necesse erit.

## §. 3.

Philosophus forsan atque Grammaticus, cogitans statim de Germanica voce *Zustand*, eiusque vulgari notione definiet statum per complexum illarum determinationum, quae enti cuidam inexistentes cum ente cogitantur. Nos vero cum I<sup>c</sup>titis definimus statum per determinationem quandam *rationem existentiae certarum qualitatum continentem*. Secundum hanc statutus in sensu juridico definitionem varia legum et I<sup>c</sup>torum, enunciata explicanda veniunt. Ita si legimus: status hominis est diuiduus, distractionemque admittit c): quilibet per stipulationem statum seu conditionem tuam grauare potest d) alterumue hominem se redderet, e) status personae et veritas facti attendenda est f): status is alicuius esse videtur, in quo ipse deprehenditur, donec contrarium doceatur, g) haec omnia certe

c) Dauth. in tract. de test. num. 150. pag. 135.

d) Mascard Concl. 1403.

e) Azeved. constitut. Hispan. tom. 4. tit. 3. num. 3. Mandelius consil. 12.

f) cap. 6. X. de sentent. excommun.

g) Cap. 12. §. idem. de sent. excom. in 6<sup>to</sup>.



certe non iuxta definitionem philosophicam, sed tantum iuridicam, explicationem veram admittunt h).

#### §. 4.

Determinatio illa iam continet rationem existentiae qualitatum vel moralium vel physicarum. Si prius statum habes *Civilem*, si posterius, *naturalem*. Status naturalis, ut facile est perspectu, tam multiplex cogitari potest, quam varias in homine quae tali deprehendimus determinationes rationem existentiae huius vel illius qualitatis physicae continentis. Sic, ut praecellentiores memoremus, primo loco se offert *status humanitatis*, qui est determinatio continens rationem existentiae illius qualitatis, ob quam quis homo dicitur, quae qualitas ex forma cognoscitur externa.

#### §. 5.

Porro cogitamus statum *natiuitatis* in homine ab utero viuo naturali modo separato. Romani enim partum in utero non hominem sed spem hominis tantum appellabant, alias quoque nascendus et metonymice venter, Embrio vocatur. Habemus statum *aetatis* iuxta quem homines distinguimus in infantes, puberes et viri potentes, impuberis et viri nondum potentes, in maiores, minores, infantiae et virilitati proximos etc. Datur porro status *sexus* pro cuius diuersitate homines vel sunt masculi vel feminae vel hermaphroditae seu androgini, si dantur.

#### §. 6.

Nec praetermittendus est status *integritatis*, vi cuius homo consideratur vel tamquam completus, vel tamquam incompletus, ratione mentis tam, quam ratione corporis et s. p.

Omnibus

1) ita e. g. philosophus existimabit impossibile esse, hominem quemquam per stipulationem complexum determinationum eidem inexistentium mutare aliumque hominem se reddere posse.



Omnibus hisce statibus sane maxime diuersa iura diuersaeque obligationes tribuuntur. Et ille tantum qui sibi haec iura hasque obligationes tribuere potest, ille inquam, in quo deprehenditur determinatio continens rationem existentiae iurium et obligationum ex recensitis statibus naturalibus profluentium, statum se habere et personam cum statu naturali consideratum esse, de se praedicare potest.

## § 7.

Serui i) Romanorum erant res in bonis dominorum existentes. Conditio illorum tam dura tam crudelis erat, ut ne quidem respectu status naturalis personae dici possint, nullo propemodum gaudebant statu, tam tristis fors illis cederat, vt vix et ne vix quidem humanitatis status illis tribuerat. Status *humanitatis* efficit, vt, qui eo gaudet, homo reputetur. Serui Romanorum bestiis et quadrupedibus aequiparabantur k) dominorum suorum coeco arbitrio adeo erant subiecti, vt vi iuris vitae ac necis pro libitu illos occidere liceret l). Serui Romanorum pro nullis habebantur m) mortuis comparabantur n) et quae ex seruorum contuberniis procreabantur, non homines nec spes hominum sed serui statim odioso nomine compellabantur o) ex quo apparet, ne *natiuitatis* quidem statu Romanorum seruos fuisse gauifos.

## §. 8.

i) quae appellatio etiam ad ancillas refertur L. 40. §. 1. D. de V. S. proinde Seruis legatis etiam ancillae debentur L. 101. in fin. D. ibid. L. 2. et 3. ad L. Aquil.

k) L. 2. §. 2. D. ad L. Aquil. ibi: ut igitur apparet, Seruis nostris exaequat quadrupedes, quae pecudum numero sunt et gregatim habentur, veluti ouas, capri, boues, equi, muli, afini. Gronwegen ad L. 9. de quaestione.

l) L. 1. §. 1. D. de his qui sui vel alieni iuris sunt.

m) L. 32. D. de Reg. Iur. L. 1. de iur. delib.

n) L. 59. in f. ff. de Condit. et dem. L. 209. de Reg. iur. L. 32. §. 6. ff. de con. int. V. et U.

o) L. 3. C. de incest. et inutil.



## §. 8.

*Aetatis* status nullius plane effectus erat penes seruos romanos, nullarum qualitatum determinatio. Per naturam quidem non omnes eiusdem erant aetatis, infantes et adulti inter seruorum gregem non poterant non esse sed nullam haec qua effectus producebat distinctionem naturalis differentia. Semper in censu rerum aestimabantur p) erant quidam ex iis glebae adscripti, qui pro parte fundi habebantur q) vnde Seneca r). Seruus mei mancipii res est; nulla plane in illos cadebat obligatio. Siue fuerint maiores, siue minores s) semper nullius iuris reputabantur t). Eodem modo status sexus omnium effectuum erat expers. Serui et ancillae ut supra docuimus u) eadem appellatione comprehendebantur, et quidquid de seruis statutum erat, idem etiam ad ancillas applicabatur, vnde et ancilla quibusdam venit sub nomine mulieris serui v); et seruis legatis, etiam ancillas deberi recte putant, quasi commune nomen utrumque sexum contineat; quid quod Paulus ancillam defloratam, seruum stupratum dicat w).

## §. 9.

Nullam denique qualitatis existentiae rationis in Seruis Romanis habebat Status *integritatis* determinationem. Bestiis enim

- p) L. I. §. 1. de rer. diuis. §. 1. Inst. de reb. Corp. et incorp. conf. Aristot. Lib. I. politic. cap. 3. et Lib. 9 Ethic. Cap. II.
- q) Bald. in L. I. Cod. de serv. fugit. Col. 6. vers. tertio pono. L. I. C. de S. S. Eccl. ibique Godof. not. 12. L. II 2. D. de legat. I. adv. L. I. C. de agricolis et Censit. et Colon.
- r) Lib. 5. de Benefic. cap. 19.
- s) L. 22. D. de Cap. min. L. 43. de V. O.
- t) L. 3. in fin. D. de Cap. min.
- u) not. i.
- v) Modestinus de Leg. III.
- w) in L. 21. D. de offic. praesid.

B



enim atque quadrupedibus Seruos fuisse adnumeratos , supra iam probauimus x) criminum quorumdam seruos reos fieri posse negabant Romani y) nullumque arbitrii ius istis tribuebant z) contumeliam atque iniuriam istis inferri posse non largiebantur a) quin ne domino quidam ob conuicia Seruo dicta erga tertium competebat actio , nisi corruptus eo factus servus ideoque damnum in re sua passus fuerat Dominus. Ex his omnibus et quae magis tristia de conditione Seruorum Romanorum Scriptores atque Leges lectorum fistunt oculis , facile apparet , ne cum statu quidem naturali , Romanorum ex principiis , Seruos consideratos , ideoque hos ne quidem quoad statum naturalem pro personis fuisse habitos. Nec obstant Leges , quae cum Statu naturali consideratos Seruos fuisse personas notum facere videntur b) quum hae vocabulum *personae* in significatu philosophico , vi cuius Persona dicitur Substantia intelligens adsumant ; quo significato utique Seruus quoque in iure Romano persona fuit.

#### §. IO.

Si per probata haec tenus Serui Romanorum ne quidem cum Statu naturali considerabantur , fane multo minus adhuc in relatione ad Statum Civilem personae dici poterant c). Erant enim res in proprietate et bonis dominorum existentes. Nullum habebant caput , nullius plane iuris aut obligationis civilis erant capaces. Non modo libertate igitur carebant. Sed et Ciuitate hinc omnibus iuribus cum ista connexis atque familiae praerogatiis. Ne per manumissionem quidem fiebant liberi per excellentiam et ciues optimo iure tales d) , sed liberti

x) not. k.

y) vid. L. 23. 24. C. ad L. Iul. de adult.

z) L. 68. de V. O.

a) §. 3. t. de Injur.

b) conf. Heinecc. in Elem. Iur. Lib. I. Tit. III. §. 77.

c) erant ἀπρόσωπαι ut ait Theophil. init. de stipulat. Serv.

d) Ciues optimo iure tales illi demumerant.

I)

liberti tantum e) mox liberti Ciues Romani, mox latini, mox dedititii. Ipsi illi, qui per manumissionem liberti Ciues Romani facti erant nondum proprio arbitratu viuere poterant. Debebant enim illis, qui manu illos miserant, quosque nomine patronorum insigniunt Leges Romanae, inaestimabile illud Beneficium, quo ex rebus personae erant facti. Huius vi Beneficii manumissi erant obligati ad obsequium, (quod vocabulum idem cum germanico illo Ergebenheit, item: Verbindlichkeit zur Leistung allerhand Arten von Gefälligkeiten, denotat, (patronis praestandum, iis saepius copiam sui faciendum (Cur zu machen); solemnioribusque occasionibus comitari et sequi patronos; obstricti erant ad operas officiales patronis praestandas et s. p.

## §. II.

Denegabatur Seruis ius connubii f). Nuptias celebrare non poterant. Viuebant in Contubernio g) nulla inter eos locum habebat cognatio praeterquam quod inter ascendentibus et descendentes non esse poterat contubernium h) et Serui ex eiusmodi contubernio nati in parentum potestate non erant i). Cum ipsi Serui res essent in bonis domini existentes patet, eos plane nihil sibi sed omnia tantum Dominis suis acquirere potuisse

- 1) qui uxores duxerant, testatione interposita, se liberorum quaerendorum causa id fecisse et actu procreauerant filium.
  - 2) qui Romae triennio inter vigiles militauerant,
  - 3) qui naue decem millia modiorum frumenti Romam transportauerant,
  - 4) qui aedificium Romae construxerant, vid. Heinecc. antiq. Rom. Lib. I. T. 5. §. 12. Sueton. in Claud. cap. 19. etc.
- e) t. t. I. de libertis.  
f) Vlp. fragm. Tit. 5. §. 5.  
g) L. 14. §. 3. de Ritu nupt.  
h) L. 10. §. 5. ff. de grad. tit. I. de seruili cognat. §. 10. I. de nupt. L. 8. L. 14. §. 2. ff. de ritu nupt.  
i) L. 3. C. de incest. nupt.



tuisse k). Nec obstat Sententiae nostrae idea peculii l) quod in iure nostro vocatur substantia, quam seruus (vel filius familiars) a rationibus domini (vel patris) separatam habet. Non enim vocabulam *habet* ita interpretandum hic est, acsi seruus talem substantiam sibimet ipsi acquisuerit et dominium eiusdem sibi habuerit. Peculum enim semper manebat domino, dominus ipse hanc particulam bonorum a tota bonorum substantia discreuerat seruoque administrandam atque vtendam concesserat m) quare peculiottenus qui agere vellet, non certe contra seruum sed contra dominum actionem suam dirigere debebat. Porro exinde fluit, quod nec commercium n) exercere valuerint, quum plane non haberent, quod eorum dispositioni esset subiectum.

### §. 12.

Haec erat quondam tristissima conditio seruorum Romanorum paucissimis enucleata, quum omnia penitus exhausti et tempus et vires nobis deficiant. Quanta fors gentis nostrae rusticæ quanta hominum proprietum conditio distet ab illa iam facillimum erit breuissimis demonstratu. Gentem rusticam, seu rusticos in sensu generaliori, omnes dicimus ruridegentes, vnde etiam appellationem duxisse videntur. Ruridegentes in Germania et in specie in megapoli distinguuntur in liberos homines et homines proprios. Ad liberos quod attinet

k) L. 79. D. de acquir. l, omit. hered.

l) Consueuerunt Quirites, ut filiorum seruorum suorum indagarent exerceerentque ingenium, industriam et fortunam, de substantia sua primo pecudulas quasdam, mox pecuniolas (vnde peculii natales aereffit Ulpianus in L. 5. D. de pecul.) immo postea integros fundos seorsim vtendos atque administrandos iisdem committere atque addicere: retenu interim sibi peculii istius dominio, accessionibus ac iure revocandi.

m) L. 4. §. 1. L. 26. D. de pecul.

n) Commercium est emendi vendendi inuicem ius ait Ulpian. Tit. 19. §. 5. add. L. 5. D. de Iust. et Iur. interdum tamen latius patet hoc vocabulum L. C. de Commerc. de negat.



tinet homines rusticos non est quod comparationem eorum cum Seruis Romanis periclitemur o). Habent enim hi non statum moralem tantum absque vla exceptione, verum et ciuilem ; et sunt ideo , vt ideis Romanorum vtamur , personae. Statum hos quoque ciuilem habere inquam. Etiamsi enim ciuibus in arctiori significatu , certe cuiusdam ciuitatis se adnumera-re non possint , tamen iure commerciorum p) , connubii gau-dent , habent personam standi in iudiciis , sibimet ipsis acqui-runt acquisitaque per testamenta et ab intestato ad suos trans-mittunt proximos cognatos vel inter viuos pro arbitrio dispo-nunt. Domino praedii non vltra limites contractus cum ip-so initi tenentur , quin in casibus qui contractum cum domi-no vel propriam personam domini prædii concernunt ne iu-risdictioni quidem huius sed potius Dicaesteriorum prouinciali-um subiecti sunt nisi per pactum speciale etiam dictis in casi-bus praedii se domino subiecerunt q).

## §. 13.

Media Romanorum Seruos inter & illos nostrorum ru-sticorum plenam qui habent libertatem , iiquos homines pro-prios nominamus , quasi incedunt via. Non vbique per Ger-maniam eadem est eorum conditio , quare ad patriam potissi-mum respicere iuuat. Habent statum vtique naturalem. Nemo enim sane iis hodie statum *humanitatis* denegare audebit. Sunt  
Homi-

- o) qui multiplicis sunt generis vt Pensionarii , Secundum naturam Condu-ctorum considerandi , artifices , Meyerhüter , Landfiedler etc. Einlieger , Tagelöhner , Freischulzen , de quibus vid. Tractatio Domini Praefidis in den 21. Stück der gelehrten Beyträge zu den Mecklenb. Schwerinschen Nachrichten vom 26. May 1764.
- p) nisi hoc per leges prouinciales ex ratione politica restrictum est , vt megapoli factum per Legem fundamentalem , quae vocatur der L. G. G. Erbvergl. im 14ten Articul. Addatur ordin. Polit. de 1572. Tit. vom Gewerb und Handthirung der Bauern mit den Bürgern in den Städten.
- q) cit. Lex prouinc. fundament. §. 412. et 413.



Homines, ideo quidquid in jure nostro vel generaliter de homine qua tali disponitur, illud de hominibus nostris propriis praedicare etiam licet. Vita, fama et sanitas eorum non mero dominorum, quorum alias in potestate atque proprietate sunt, arbitrio atque crudelitati expositae sunt, vtpote quibus jus castigandi competit quidem eo in casu, quando homo proprius seruitia non praefstat, vel generaliter obligationibus suis ita satisfacere recusat, vt finem licitum propositum per illos assenti Dominus non valeat. In caussis grauioribus autem atque delictis oportet dominus via juris atque formato sollemini iudicio cognoscere de malefacto, in corpus delicti secundum legum praescriptum inquirere sententiamque ab impartialibus exterris et quidem integris facultatibus juridicis latam publicare publicatamque exequi. r)

## C. 14.

*Natiuitatis* non minus statu nostri gaudent homines proprii atque *aetatis*. Recte et illos comprehendit distinctio nostra inter homines jam natos atque adhuc nascituros. Leges, quidquid nostrae intuitu nascitorum statuerunt hominum, v. c. quod pro natis habeantur, quoties de eorum fauore agatur, illud et ad nascituros ex mulieribus hominum priorum recte applicatur.

Dicemus infra homines nostros proprios iurium atque obligationum esse capaces. In dijudicandis hisce omnino diversitas aetatis consideranda venit, sic in caussis hominum priorum ciuilibus inter minorenem et majorenem in patria potestate s) adhuc constitutum et non amplius in ea viuentem, ad certitudinem juris vel obligationis inde colligendam, vt et eodem modo in Criminalibus, ad gradum moralitatis eo cognoscendum, grauiter distinguimus, iisdemque regulis, secundum quas caussas liberorum hominum perpendimus, et in diiudicandis caussis priorum hominum, vtimur.

Porro

r) vid. L. G. G. Erbvergl. §. 425. et tot. Artic. 19.

s) quam etiam hom. propriis in liberos suos competere certum est. Stam. de Servit. person. Lib. 3. Cap. 17. n. 3.

Porro differentiam omnino admittimus inter homines proprios, prout vel masculi vel feminae sunt, vel integritate corporis atque mentis gaudent vel non, hoc est, tribuimus illis quoque status *sexus* et *integritatis*. Infra videbimus, hominibus nostris propriis jus Contractuum competere. In hac materia status hic vterque ob singularem effectum differentiam imprimis venit considerandus. Homo proprius integritate corporis beatus a Domino suo ad operas indeterminatas quas-cunque, modo vires illius non plane labori impares sint, recte adigitur, non ita si tibi aegrotum, mancum aliumque fingere velis.

Integritate mentis qui caret homo proprius valide non contrahit iisdem casibus, quibus liberum hominem adeo tristis fortis valide contrahere negamus. Vxor hominis proprii valide pro marito intercedit aequa ac pro tertio, sed is, cui intercedit, probecurare debet valide et rite hoc fieri. Has intercessiones etenim eadem illae comitari debent solemnitates, quas jura in intercessionibus mulierum liberorum hominum obseruandus praescripserunt. Hi et quos alias tibi fingas naturales status hominibus nostris propriis plenissime quoque sunt tribuendi, seu, ut omnia paucis comprehendam: Sunt homines nostri proprii personae cum statu naturali considerati.

### §. 15.

Sed an idem etiam de illis ratione status Civilis praedicandum sit, quaeritur? Si ICtos consulimus mirum in modum diuersas ab iis reportamus Sententias. Hic istos Seruis comparat, ille libertis, hic anonymis et adscriptitiis, ille magis Seruis quam adscriptitiis t) proque diuersitate status ilorum, quibus Similes illos esse sibi fingunt, iura illorum atque obligationes determinant. In eo omnes tamen conueniunt

t) nomina ICtorum ita dissentientium intuitu h. propr. vide in Strykii V. m. ff. Lib. I. Tit. 5. §. 5. Legi merentur Dn. Schlockwerder obseruationes iuris romani atque germanici in doctrina de seruis primis eorum definitione quae Lipsiae 1765 prodierunt.



unt vno quasi ore, quod homines proprii nostri eiusmodi subiecta sint, in quae iura et obligationes cadere possunt. Iura quod attinet experientia quotidiana et omnes hanc materia illustrantes *ICti* patrii testantur, hominibus propriis nostris competere ius connubii, in eo tantum restrictum, ut absque praescitu atque Consensu Dominorum matrimonia inire non possint t), item ius testamenti factionis ita, ut bona sua propria ad quemcunque transmittere possint et non minus ius contrarium quo vendere et permutare ac quoconque alio modo inter viuos de bonis suis propriis disponere v) eaque in iudiciis et tribunalibus, ad quae accessus illis patet w) defendere possunt.

### §. 16.

Ex his quae modo dixi effectibus dominii quilibet colligit, homines nostros proprios bona sibi adquirere atque habere posse propria, Dominorum suorum dispositioni non subiecta, nec ad *To* suum illorum pertinentia. De his bonis illis ius disponendi pro lubitu inter viuos et mortis caussa, quin super illis ipsis cum Dominis contrahendi, competere x) dixi; et, ut breuibus me explicem, sunt personae cum statu Ciuali consideratae. Obligationes eorum vero ex destinatione facile sunt deriuandae. Licet enim neganda istis non sunt iura supra citata, tamen personae eorum Seruituti sunt obnoxiae et in proprietate dominorum constitutae. Sie sind ihrer Leiber nicht mächtig, sondern ihrer Herrschaft samt Weib und Kindern mit Knecht-

t) Gefinde etc. Ordin. de 1654 Tit. 2. quod Sana ratione utique innititur, quia domino non denegandum est ius explorandi utrum matrimonium Seruitiis incommodum inferat.

v) de quibus omnibus pluribus agit Stryk c. 1. §. 6. 7. 8. Dn. Praeses diss. sua inaugurali cap. 3. §. 13. 14.

w) Mev. ad Iur. Lub. Lib. I. Tit. 3. §. 40. Tit. 4. art. 2. §. 27. etc.

v) Stryk c. 1. §. 7. ibique cit. Stamm. et Cothmann. Mecklenb. Pol. Ord. de 1572. Tit. 19. §. 3. ibique verba: dann so hoch sich eines jeden Haab und Eigen, deßen er zu vergeben und zu verschenken zu Rechte mächtig etc.



Knechtschaft verwand y) ad operas indeterminatas praestandas istis tenentur , et quum primitia illorum destinatio in cultura agrorum consistat , inde glebae adscriptis aequiparantur z) id quod tamen tz) eatenus tantum , quatenus praedium et seruitia inde domino praestanda respicimus , largimur , cum praediis tamquam portio et pars illius a) venduntur et alienantur. Ex haec tenus recensitis ideam hominum propriorum hanc nobis concipiendam habemus , quod sint homines , quoad personas in Dominio alterius existentes ratione glebae et seruitiorum praestandorum dominis adquirentes , aliis vero ex causis iis obuenientia sibi retinentes b). Quare et ab aliis c) definitur homo proprius ciuis seu subditus alterius dominio contra naturam subiectus.

## C A P V T . II.

### §. I.

Diximus atque probauimus , homines nostros in megapoli proprios sibi posse adquirere et auctu habere bona propria, illorum dispositioni arbitrariae subiecta , quorum intuitu praediorum Dominis plane nullum ius tribui potest.

### §. 2.

- y) Mecklenb. Gesinde etc. Ord. Tit. 2. §. 1. Mev. p. 4. d. 22. Lubentes hinc Schlockwerdero l. c. §. 8. pag. 37. subscribimus , nulla ratione dicendum esse , homines proprios esse personas liberas nec nisi intuitu praeditorum seruitia ab iisdem praestari.
- z) Mev. c. l. p. 3. D. 8.
- tz) cum Hoppio in Comment. Inst. lib. I. Tit. 3. §. 4. in vnu mod.
- a) Mev. l. c. p. 1. dec. 69. n. 1. et p. 8. d. 224. n. 1.
- b) inde ab Hoppio c. l. citatus Frank in der Kayser-Chronick fol. 241. ita: Leibeigen seyn, heist gleichwohl eigene Güter haben; aber seinen Leib nicht dürfen verrücken unter andere Herrschaft, ohne seines Herrn Vorgunft und Willen.
- c) vid. Schlockwerder l. c. §. pag. 17.

C



## §. 2.

Si quaeris, quodnam bonorum genus hic intelligendum sit? aliud principium, quam quod respectu liberorum hominum iura docent nostra, stabiendum non largior. Quum igitur secundum ius commune dominus quilibet illius rei prae- sumatur quam possidet c) haecque regula eo firmior tenenda, manet, quo magis reipublicae interest, quod dominia rerum certa sint, et quilibet bonis suis quiete, securae, et absque timore, a quoquis maligno habendi cupidine ducto eum turbari, ut possit, quum, inquam, explorati iuris sit, quod quicunque rem in alterius possessione constitutam, suam esse afferit, potius suum ius in petitorio probari debeat: in regula hominibus nostris propriis omnium illorum bonorum dominium tribuere li- cebit atque proprietatem, quorum in possessione constituti deprehenduntur, ita ut dominus vel tertius ille, qui rem suam esse afferit, dominium et potius ius probare debeat.

## §. 3.

Attamen leges provinciales nostraed) vnicam nos do- cent ab illa iuris communis aegula exceptionem intuitu gentis nostraefrusticae atque hominum proprietorum. Iniungunt scilicet illae, agros prataque fundi dominis absque villa exceptione, re- mora atque impedimento reliquenda esse, nisi praeter possessio- nem vel praescriptionem titulum quemdam specialem docere et sufficenter probare possint. Quae legis dispositio nemini sane hoc calu singularis videri poterit, quia domino totius praedii in regula non possunt non omnes istius partes attri- bui e) et quia ille, qui certam partem totius cuiusdam, magis adhuc

c) Mev. Dec. I. Dec. 53. n. 8. Gail. Lib. 2. obs. 45. in fin. Carpz. Iprud. for. p. 2. const. 14. defin. 25. n. 9.

d) Landes-Grundgesetzl. E. V. § 325. Landes-Reversalen de 1521. Select. iurid. Rost. fascic. I. spec. 3. qu. 4.

e) totum enim singulas continet partes, quia in integrali toto comprehen- ditur



adhus si est natura indiuiduum et corpus vnitum f), suum es-  
se afferit, hoc vtique irregulare probandum habet g). Uni-  
cam hanc exceptionem, atque aliam quamcunque me pla-  
ne in odium hominum priorum non admittere, affero.

§. 4.

Praesidium, quod consistit in instrumentis rusticis, quae  
fructus querendi, cogendi et conseruandi gratia parata, in  
frumento ad sationem destinato, in pecore agriculturae in-  
seruenti et supellectili ad oeconomiam hominis proprii necel-  
faria h), hoc, inquam, praesidium, quod germanice vocant die  
*Hofwehre* non aequa domini fundi esse proprium dici potest.  
Rusticus et homo proprius, cui per supra demonstrata ius bo-  
na propria acquirendi et sibi habendi denegari non potest, in-  
tuitu horum bonorum, ad praesidium pertinentium praesum-  
tionem illam iuris i), ex possessione profluentem, pro se mi-  
litantem habet, quae onus probandi in Dominum, praefidi-  
um

ditur quaelibet eius pars L. 1. §. 4. ff. de V. O. L. 19. D. de usufr.  
leg. L. 110. 113. D. de R. I. L. 7. D. de Exec. rei iudic. et vna  
parte integrali sublata totum esse definit. L. 23. ff. de Usufr. L. 49.  
ff. de rei vindic. L. 9. D. de seruit. praed. verb. L. 98. §. 8. in fin.  
D. de solut.

- f) quale fundum dicit, ideoque parte tradita totum tradidisse afferit  
L. 2. princ. ff. de acquir. possell.
- g) facile ex dictis patet, nobis tantum sermonem esse de parte fundi il-  
lius dominii, cui rusticus ut homo proprius addictus est. Si enim  
eiusmodi homo proprius in fundo alterius domini partem agri etc.  
sibi acquisiuit, hancque per immemoriale temporis tractum possi-  
det, ex hac possessione erga dominum fundi vtique pro rustico praec-  
sumto dominii militat, suosque in iure effectus producit.
- h) vid. Tornov. de feud. Meckl. part. prior. Sect. 5. §. 10. p. 624. sq.  
Rhodius in diss. de immobilibus priuatorum allodialibus Cap. I. §. 13.
- i) quam cum Schaumburg. Comp. Dig. Lib. 22. Tit. 3. §. 10. et 11.  
argumentum probabile per legum approbationem de eo quod verum  
esse potest, ex circumstantiis causae inter se connexis desumunt.



um ad τὸ suum pertinere afferentem, deuoluit k). Et aequitati et iuri communi hanc nostram sententiam conformem, nec patriis sane explicatis contrariam esse legibus, iam paucis sumus probatur: a Lectoribus, vt sepositis paululum praeiudicatis forsan opinionibus, praxeos erroribus et auctoritatum fallaciis posthabitis, argumenta nostra penitiori disquisitione atque examine non plane indigna censeant, obseruanter petentes.

### §. 5.

Aequitatem sententiae nostrae a nobis audiendi cupidus intueatur, rogamus, vel mente sibi praesentes sistat personas nostras, quas homines proprios compellamus. Obligatio eorum principalis erga fundorum dominos in seruitiorum et quidem indeterminatorum praestatione consistit. Iuris sui, eiusmodi seruitia ab iis desiderandi, optime gnari seduloque eidem inuigilantes domini ita in primis nostris temporibus eo abuti consueuerunt, vt his ita illorum coeco fere arbitrio subiectis hominibus paucissimis temporum spatiis, quibus sibi suisque bona propria acquirere valeant, vacuis relictis, concatenatis illos defatigent adeo laboribus; vt quae bello, contagine vel aliis tristibus fatis amiserunt, a miserandis istis hominibus reposcendi quasi legem sibi condidisse videantur. Intueatur illos, inquam, breuiolas numeret horas, quibus priuatis suis negotiis proprii commodi gratia inseruire possunt: et ipse fatebitur, crudelissimum et iniquissimum istud fore iudicium, quod praediorum et personarum dominis auctoritatem, priuandi eosdem pro arbitrio iis rebus, in quibus adquirendis saepe numero totius vitae sudorem atque labores impen-

k) ea enim praesumptionis virtus est, vt onus probandi transferat in aduersarium L. fin. ff. quod metus eausfa L. 5. de prob. Alciat. in tract. de praef. reg. 3. praef. 1. n. 4. Carpz. Lib. 5. Kesp. 71. n. 10 et regulariter possessor ita est priuilegiatus, vt onere probandi grauari nequeat, Martini in Coment. forens. Tit. 20. §. 1. n. 336. 337. Carpz. part. I. Conf. 16. Dec. 23.



impenderunt, concedere, et cumulis diuitiorum dominorum  
vnicum Vriae agnum adiicere non erubescit.

§. 6.

Nimium me, dixerit forte quispiam, excurrere in campum meditationum esse entia theseos propositae non necessario tangentium. De eo, fortassis iniiciet, hic sermo non est, vtrum Dominorum coeco arbitrio permittendum sit, inuidis atque crudelibus manibus proprios homines priuare rebus suis sibi priuatiue aequifitis; relictam esse, omnes libenter largientur, iis facultatem, probandi in tribunalibus prouinciarum, quorum accessum illis patere supra didicimus, praesidium quod possident, pertinere ad τὸ suum. Quod si felici successu perfectum est, dominus abstinere vtique debet a concupiscentia rei alienae. Quoties autem in probatione deficit aggens in iudicio, prae sumptionem iuris pro dominis militare tantum est quod afferitur. Ast iterum ragamus, intueamur ipsos homines proprios et comparemus cum ipsis dominos. Hos vel ipsos scientiis imbutos, vel saltem doctis viris circumdatos vel facultatibus, illorum consiliis vtendi, beatos reperiemus. Horum in manibus inueniemus quaecunque instrumenta et chartas, praediorum iura concernentes, sollicitos fere per totam megapolini istos reperiemus ad confi ciendum inuentarium, quam primum vel instruitur homo proprius vel in locum demortui successor alias glebae adscribitur; et fateri non poterimus non, facillimum istis futurum esse negotium, onus probandi, praesidium ad τὸ suum pertinere, inse recipere, et, quoties bonates caussa eorundem, felici successu, prosequi. E contra homines oculis se fistant proprii rudes, omnis scientiae ignari, summa cum paupertate adeo dimicantes, vt Iureconsultorum plerumque auri sacra fame laborantium consilia haut implorare, nec ad iustitiam auxiliatricem oculus erigere valeant: videbimus illos, qui vix ideam vocis: probatio, sciunt, quomodo ad eam in posterum fuscipendam se praeparare debeant, plane ignorantes, quin plerosque, quorum praesidia a proavis et abavis ad istos peruererunt, vera impossibilitate probandi veritatem suppressos reperiemus, et

C 3

ex



ex his omnibus certo concludemus, eos, qui onus hoc probandi humeris hominum proprietatum imponunt, re rera nil mitius adserere, quam quod dominis pro libitu illud ad se rapere, liceat quod illorum non est, sed pauperes illi homines totum per vitae curriculum sibi adquirere studuerunt, nec amplius quisquam dubius haesitabit, naturalem aequitatem sententiae nostrae calculum adiicere suum 1).

### §. 7.

Non vero naturalis tantum aequitas, sed et ius communne dimicat pro nostra sententia. Haec per notoria affirmanti imponit probationem, et eousque, dum illa expedita fuerit, pro negante praesumit, maxime si hic in possessione constitutus est. Iam ponamus speciem dominus praedii amplius non vult, hunc hominem proprium manere in statu quo haecenus fuit, desiderat domicilium, cui haecenus inhabitauerat, vacuum praefert, (das Gehöste räumen) praesidium vero sibi relinquat; certe quilibet nobiscum contendet, afferere hoc casu dominum praesidium ad τὸ suum pertinere, homo proprius, quocumres est, negat, quid naturae rei et iuri conuenientius dici potest.

- 1) Non possum non, quin laudem morem hinc inde receptum, conficiendi libellum, praesentibus tamen omnibus, quorum interest, quo recentio continetur personalium aequo ac realium praestationum, quem *Erbbuch*, *Eigenbug*, *Eigendienstbuch*, *Erdbuch*, cuius Termini postremi alias in Hossatia est significatus, quem suppeditat Dr. de *Westphalen* in praefat ad tom. IV. monument inedit. pag. 104. docere solent. Quum singula hocce libro notata praelegantur rusticis, immo subscriptione eorum, vel saltem praesentium testium corroborentur, et tum demum notarius instrumentum rei ita peractas subiiciat; merito huiusmodi libellus eadem vi probandi pollet, qua publicus. Utinam in patria quoque, tali ratione succurrere egenis potentiorumque coercere cupiditatem, omnia ad se rapiendi, ut et multis occurtere litibus publica introductum esset lege. Pluribus naturam horum librorum explicant *Freißleben* de libris censualibus th. VII. X. *Eugavius* program. de librorum quos *Grenzläger-Bücher*, *Fluhrläufer*, *Erbbücher*, und *Heberegister* dicere solemus forma continuatione, renouatione fideque varia §§. 34. 38.



poteſt, quam quod domino aſſerenti onus probandi incumbat? Factum enim negantis nulla eſt probatio<sup>m)</sup>. Accedit, quod idea praefidii magnopere variet, nec adeo explora vel certa fit, ut absque timore erroris dicere liceat, haeres necessario huius hominis proprii praefidium efficiunt, ſed potius tantummodo ex caſibus ſimilibus argumentari debeamus: hic vel ille homo proprius haec feruitia hinc eadem praefat, ad quaē praefanda praefens ſubiectum obligatum fuit, has res, teſte inuentario vel propria confeſſione illorum praefidium efficere iſpi afferunt, ergo et praefens ſubiectum easdem res tamquam praefidium habeat neceſſe eſt, cuiusmodi argumenta tamen ſaepiſſime in detrimentum paupertatis fallere non tantum poſſunt ſed certe ſolent.

Iam dominus praedii praefidium ab homine proprio repoſcens non tantum aſſerit, a ſe vel antecessoribus ſuis hoc, quod vindicat, ruflico datum fuiffe; ſed et iſtud praefidium in eadem quantitate et qualitate, qua homo proprius illud accepiffe perhibetur, iterum ſibi reſtitui ac reddi vult. Contendit ideo hanc quantitatem hanc qualitatem habuiffe praefidium eo tempore, quo ex <sup>rō</sup> ſuo dominorum in hominem proprium traſlatum eſt, quid quaefo certiſſimi magis iuris eſt, quam dominum qualitatem, quam allegat, probare debere?<sup>n)</sup> Explorati enim iuris omnes eſſe contendunt, quod quoties ad actum certa qualitas requiritur, non ſufficiat, actum iſpum probaſſe, niſi et qualitas requiſita ſimul proberetur.<sup>o)</sup> Et quod illo in caſu praefumtionibus locus non relinquatur.<sup>p)</sup>

## §. 8.

<sup>m)</sup> c. 39. X. de ſentent. excommunic. c. 6. q. 5. c. 23. X. de elect. c. 5. X. de renunciat. c. II. X. de probat.

<sup>n)</sup> DD. in L. 2. §. diem ff. quemad. teſtam. aper. et in L. 3. §. iſtis omnibus c. de Epifc. et Cler. Tiraquell. de retract. consang. §. 8. gloss. 7. n. 1. Paris. conf. 152. n. 5. Menoch. conf. 1. n. 49.

<sup>o)</sup> L. 4. §. 12. ff. de vi bon. rapt. L. 1. §. quod autem ff. ne quid in flum. publ. Mynſing. 4. Obs. 30. Gail. de pignor. Obs. 4. n. 1. et Lib. I. Obs. 3. n. 6.

<sup>p)</sup> Aſin. de Execut. cap. 29. n. 10. Heig. queſt. 16. n. 17. p. 2.



## §. 8.

Sed quid cerebrina aequitas vestra , quid anxiarum conclusionum auxiliis ex regulis quibusdam juris communis generalibus deductā sententia contra legum dispositionem, contra apertum statutorum prouincialium tenorem, contra fidem ex historia profluentem, contra res judicatas et virorum maximi nominis auctoritatem , vlo modo valere potest , vno quasi ore clamitantem audire mihi videor ingentem contra sentientium cohortem. Sed bona verba quaeso ! Res sane nondum adeo explorata est, fortassis auctoritas vel aliae causae impediuerunt multos, quominus penitus fontes, ad quos prouocare lubet, explorauerint. Audiamus argumenta, respondeamus ad illa et benevolus lector decidat. Ad jus romanum et statutum seruorum hujus gentis prouocare non licet. Nullius igitur valoris est, argumentum ab istorum conditione forsū desumendum, supra enim jam docuimus, homines nostros proprios nullo fere respectu cum ipsis venire comparandos, quum , quae seruis illis plane denegabantur, jus bona propria acquirendi, habendi, commerciorum et similiū nostris hominibus propriis deneganda non sint. Pariter conditio horum obstat argumento, quod cui jus proprium in personam et corpus alicuius competit , illi eo magis jus in bona tribui debeat , et quod cui liceat hominis cuiusdam omnes actiones in suam utilitatem dirigere , illi certe non deneganda veniat potestas , impediendi , quo minus talis homo quidquam proprii sibi adquirat , potius efficiendi , ut adquisita non suis, sed domini dirigenis rationibus adscribat. Haec inquam argumenta nullius sunt ponderis , quum hominibus propriis nostris , praestitis debit is Domino seruitiis, ius sibi bona acquirendi propria denegare et juribus notoriis et obseruantiae contrarium esset futurum.

## §. 9.

Sed annoī praesidium rusticorum consistit in instrumentis ad perpetuum praedii usum destinatis, ideoque ab eo non

non separandis? Dubitandumne est, illa pro parte fundi secundum jus commune esse censenda, quae naturam illius ita induunt, ut de iis idem judicandum sit ac de ipso fundo? q) Negamus prius, et in dubium omnino vocamus posterius. Praefidium, quod homo proprius sibi comparauit certe non, ut in infinitum maneat penes fundum, et, se dejecto, in utilitatem alieni successoris tendat, eidem destinauit; sed propriis usibus partim ut agrum isti assignatum eo comodius colere, seruitia domino eo melius praestare, sibique ipsi eo certius propria bona adquirere valeat, comparauit. Dein quilibet facile concedet, quod, etiamsi homo proprius praesidium acquisitum ad perpetuum agri ipsi a domino assignati usum destinauerit, hoc tamen non nisi presupponendo, se per totum vitae tempus eoque mortuo suos descendentes hunc agrum colendum esse retenturos, factum fuisse, sed in specie, quam iam meditationur, Dominus hominem proprium dejicit, agrum adsignatum ipsi eripit, aliisque colendum tradit, ideoque causa destinationis, hinc ipsa destinatio, cessat. Ius commune certe ignorat instrumenta rustica pro parte fundi esse habenda. Papi- nianus illa a fundo ipso jure separanda esse conscius quandam r) dotes praediorum, quum non instructa legantur, legatario non praestandas esse, respondebat, eoque ipso contendens posse separari a fundo dotes illius ita ut fundo legato, dotes ab isto separantur et heredi maneant. Eodem modo aliae existant leges sententiae isti, quod instrumenta pro parte fundi habenda sint, clarissime repugnantes s) ita ut jam certo concludere liceat, quod, quum praesidium pro parte fundi haberi haud possit t) hoc argumentum quoque contra nos nihil importet.

## §. 10.

q) vult ita Rhodius cit. diss. de immob. priv. allod. cap. 1. §. 13.

r) in L. 2. §. 1. de instructo vel instrum. legato.

s) Lic. L. 15. C ad L. falcid. docet. instrumenta dotis praediti ab uxore marito legari posse et a successoribus praestanda esse.

t) ideoque et hic regula: *qui praetendit unam rem esse de pertinentiis alterius rei, illud probare debet Brunius, Consil. 162. n. 53. sq.*

D



## §. 10.

Sed quidquid in fauorem huius contra sentientium argumenti ius commune non praestat, id forsan ius patrium supplet! Non defunt u) responsa ICtorum megapolensium, quae praefidium, vbi de feudo sermo est, heredibus feudalibus non allodialibus tribuunt; vnde patet, illud pro parte praedii feudali a sapientibus nostris haberi. Sed respondemus: Opinions Iure peritorum absque sufficientibus rationibus prolatae, nec jus faciunt, nec probatae sententiae nostrae quidquam detrahunt. Non ignoramus communem opinionem fere universalcm nobis esse contrariam, sed quid illa sine lege? dein ab heredibus allodialibus ad hominem proprium certe nulla duci potest consequentia, nec ratio differentiae heredum allodialium a feudalibus congrua est, differentiae, inter dominum praedii et hominem proprium. v)

## §. 11.

Progediamus ad leges patrias ex quibus urgentissimae pro contrasentientium Thesi profluere videntur, rationes quaeque communis opinionis fortissimum dici possunt fundamentum. Prouocatur primo ad ordinationem politicam de 1572. w) Tit. 19. cujusque Legis ex verbis x) dann sonsten zu den

- u) vide Responsum juris Rostochiense apud Vngnaden in amoenitat. etc. pag. 58. quaest. 5. n. 6.
- v) vnico hoc statim clarius fiet exemplo: Heredes allodiales tenentur soluere omnia debita defuncti Vafalli, quae non sunt feudalia, sed ad ea homo proprius certe non tenetur etc.
- w) quae adhuc hodie tamquam lex valet; noua enim im L. G. G. E. B. §: 338. promissa nondum emanauit.
- x) quae in toto contextu ita sonant: Wir wollen aber auch hierbey, alle und j de Einwohnere, vnsrer Stedte, vnd die auff dem Lande verwarnet haben, das sie den Pawern auff den Dörffern, und sie die Pawern selbst, einer dem andern, nicht weiter oder mehr, leihen, borge oder vorstrecke, dann so hoch

den Husen und Hofswehrungen, so der Obrigkeit zustendig se. clarissime, ut putant contrasentientes, pro illorum sententia decidentibus, victoriā contra nos certissimam reportaturos esse sperant. Quid, quaeſo, ajunt, clarius esse potest, quam verba ista so der Obrigkeit zustendig. Quid mitius ex illis inferri potest, quam quod intuitu praefidii rusticorum, quod haec legis verba indistincte Dominis adſignant, nos Dominis praeſumtionem juris pro iſtis contra rusticos militantem, tribuamus!

Sed erronea ſane verborum hujus Legis explicatio, non ipsa Legis verba votis diſſentientium respondent. Legantur haec verba in toto contextu et praejudiciis non obcoecati videbunt, veram hanc ex iis profluere mentem Sereniffimi Legislatoris, quod creditor rusticī *ex illo praefidio*, QVOD (ſo) Domini fundi eſt, ſolutionem et mutui reſtitutionem ſperandam non habeat. Verba Legis ſunt diſpoſitiua, ratio diſpoſitionis facilis eſt perſpectu. Iſtud praefidium, quod ad rō ſuum domini fundi pertinet, certe non eſt ex bonis propriis rusticī, eſt illud res aliena; jam certissimi juris eſt, ex re tertii et aliena ſcilicet Domini, tertium ſcilicet creditorem, illud repetere non poſſe, quod debitori ſuo nempe rusticō, mutuauit, ideoque Sereniffimus Legislator nihil aliud dicere voluit, quam quod Creditor ex re domini ſolutionem ſperare non debeat. Non certe generaliter prohibuit Legislator, quominus ex praefidio rusticī ipsius Creditor, mutuum datum recipiat, minime! Experientia quoque in patria noſtra docuit, Creditorem rusticī ex praefidio huius debitoris recepiſſe ſolutionem, nec contradixiſſe Dominum, quia proprietas erat rusticī, ſed ex iſto praefidio, quod ad proprietatem Domini fundi pertinet, Creditori hominis proprii ſatisfieri, hoc, quod foret injuſtiſimum, hac lege publice prohibendum censuit legislator. Fal- luntur

hoch ſich eines jeden Haab und eigen, deſſen er zu vergeben und zu verſchenken zu Rechte mechtig, erſtrecken und gelangen thuet, dann ſonſten zu den Husen und Hofswehrungen, so der Obrigkeit zustendig, kann und ſoll niemand verholzen werden, barnach ſich jedermenniglich für Schaden zu hütē niffe.

D 2



luntur igitur dissentientes in eo, quod vertant particulam *so* in *weil*, quum tamen illa hic cum relatio *welches*, synonymice accipienda sit.

Iam vero, hac sana explicatione adhibita, nemo non hoc ratiocinium: Quia Creditori rusticī seu hominis proprii, vi legis patriae, ex isto praesidio quod ad *τὸν* suum Domini pertinet, solutio deneganda est; ergo praesumtio juris pro domino militat, cuiusuis hominis proprii praesidium pertinere ad *τὸν* suum, nullo habito discrimine, profectumne sit a domino an minus; tanquam rationi contrarium nobiscum nulla attentione dignum judicabit.

#### §. 12.

Dispicet vero illis, qui contrariam fouent sententiam, legis patriae a nobis prolata explicatio, negant, quod diximus, particulam *so* per *welche* esse explicandam et prouocant ad alia ejusdem legis patriae loca, quibus eadem particula *so* obuenit, et vbi *weil* vel *dieweil* significare illam volunt.

Sed primo, consequentiam hanc, quia particula *so*, hoc vel illo loco *weil* denotat, ergo semper per *weil* explicanda venit, veram & validam esse negamus, eoque magis pernegamus, quum hic de juribus rusticorum intuitu domini agatur. y) Nec est sane quod dicunt; Euoluamus alia hujusce legis patriae loca, et vbique fere particulam *so* restrictiue sumtam nostramque fundatam reperiemus explicationem. Sic Tit. sequenti von Braven, Schenken, und anderer bürgerlichen Handthierung §. 2. deprehendimus particulam *so* eo in contextu,

y) Nam supra diximus praesumtionem pro rustico *ex jure communai* militore et ista temper polentior dicitur praesumtio, quae iuri communni inhaeret, quam quae speciali Crauett, conf. 258. n. 21. cuius exempla extant in L. 7. ff. de iniuss. rapt. irrit. testam. C. 34. §. 1. ff. de militar. testam. de in causa rusticī, quam defendimus est causa paupertatis contra patentem et diuilem Dominum praedii, ideo praesumtio pro rustico benignior hinc et iterum potentior est. Vullen. I. Coafil. Marp. 22. n. 71. arq. L. 21. ff. ad. C. falcid.



textu, quo nullo modo per *weil* explicari potest. Similiter  
ibid. §. 4. item Tit. vom schedlichen Fürkeuffern. §. 3.

## §. 13.

Quum vero Legislator ambo substantiua *Hufen und Huf-  
webrungen* sociat et per particulam copulatiuam und combi-  
nat, statimque enunciando progrediatur; so der Obrigkeit zu-  
stendig: quum porro nemo contendet, quod et pars praedii  
die *Hufe* ad τὸ suum rustici pertineat, et per legem supra cita-  
tam z) rusticis injunctum sit, agros et prata dominis id des-  
iderantibus absque vlla exceptione retradendi, annon exinde  
sequitur, quod Serenissimus Legislator idem de praefidio in-  
telligi voluerit, quod de agro, der *Hufe*, intelligendum est?  
et annon veritati et regulis interpretandi magis conuenit, ver-  
ba legis ita interpretari, vt Legislator dixisse videatur: Ex  
agris, quos rusticci colendos habent, vt et praefidio Credito-  
rem ad restitutionem mutui rustico datam non esse juuandum,  
quia vtrumque ad τὸ suum domini pertinet? Minime! hoc non  
largimur. Probet, quod qui contendit, restrictiuā nostra ve-  
riorem suam esse explicationem comprehensiō-extensiuam,  
vſus loquendi fons et mater artis interpretandi illi sane non  
adſiſtit. tz)

## §. 14.

Sed exſtat, ita pergunt diſſentientes, alia lex patria, ea-  
que recentior iſta ordinatione politica, quae iſta particula *weil*  
in eadē connexione clarissime vtitur, et aperte praecipit,  
praefidium ad τὸ suum domini fundi pertinere debere. Au-  
diamus hanc Legem et respondebimus. Occurrit paſſus le-  
gis, quem indigitant, in ordinatione nostra prouinciali aulica  
de

z) §. 325. des Erbvergl.

tz) ita loqui ſolemus; deus creauit homines et bestias ratione carentes.  
An et hic extenſiuā interpretatione vti licebit? Certe non!



de 1622. a) vbi clarissimis verbis dispositum legimus, daß die Hoffwehre in die Execution nicht mitgebracht werden solle, weil sie nicht den Bauern sondern der Herrschaft zugehört. Fatemur libentissime, quod haec legis verba utique multum ponderis eorum qui contrarium defendunt opinioni conciliare videantur quasi ex superficie rem tantum considerantibus, nobis vero non item, simul declaramus. Verba legis excerpta: fast überall non parum nobiscum faciunt. Colligendum enim ex istis est, non omnia nec indistincte praesidia a fundorum dominis subministrari hominibus propriis in nostra patria, sed hoc tantummodo plerumque (fast überall) fieri solere. Dein simul ex iisdem cognoscere licet, dari in Megapoli rusticos et homines proprios, qui praesidia ab ascendentibus acceperunt vel sibimet ipsis acquisiuerunt, ergo a praedii domino non acceptum tenent. His praemissis audiamus jam ipsum legislatorum, intentio illius est, judicio prouinciali aulico praescribendi, quomodo in caussis debiti tam ordinariis quam extraordinariis NB. cum Executione ab eo procedendum quique ordo obseruandus est; ita, respiciens ad supra a nobis explicatum passum ordinationis politicae, inquit ille: In nostro Ducatu fundorum Domini hominibus propriis suis plerumque necessaria praesidia subministrare vel relinquere solent. Iam si Species euenit, qua Creditor rustici instat, solutionem debiti a rustico desiderans, *istud praesidium*, quod (vt dixi, plerumque fieri solet) rustico debitori a fundi domino datum vel relictum est, hanc nempe ob rationem, quia non rustici sed domini est, ad objecta executionis alia trahendum non est, etiam si vel maxime creditor sua alias recuperare non possit. Sicque LLator, de illo praesidio, quod ad rustici proprietatem pertinet.

- a) Part. 2. Tit. 38. von Execution und Vollstreckung der Urtheil §. 2. vbi haec verba leguntur, und dieweil auch fast überall in Unserm Fürstenthumben und Landen gebräuchlich, daß den Bauern Hoffwehre gegeben oder gelassen wird, so sol die Hoffwehr, weil sie nicht den Bauern, sondern der Herrschaft zu gehörer, in die execution nicht mit gebracht werden, wann gleich der gewinnende Theil, aufß andere Wege von den Bauern, nicht könnte seine Zahlung erlangen ic.



pertinet, non loquitur nec intelligi vult, ex hoc potius praesidio creditor vtique solutionem crediti vrgere potest. Nec defunt, vt supra jam monuimus, in Megapoli exempla, quibus creditor rusticus, ex praesidio hujus proprio per executionem, venditionem cet. actu solutionem receperit, nec dominus fundi contradicere potuerit, licet eo factum, vt alium hominem proprium in locum prioris glebae adscribere debuerit,

## §. 15.

Et ita primum nil singulare ordinatum sentimus. Est enim, vt supra jam monuimus, juris vniuersalis, tam naturalis quam positivi communis, quod ex rebus tertii hinc alienis creditor solutionem exigere nullo modo possit. Et hoc solummodo iterum inculcare voluit Legislator, cuius propterea sapientissima cura id tantummodo efficere voluit, vt praediorum domini intuitu bonorum suorum securi praestentur nec culpa rusticorum eae res istis detrahantur, quarum ab iis rusticis vsus tantummodo sed neutiquam proprietas concessa est. Noluit igitur Legislator, vt Lasciuia rusticorum ad aes ulienum contrahendum prona dominis fundorum noceat. Quo posito, dixerit forte quispiam, nil noui hac lege patria sanctum videmus. Hoc enim certe quilibet iam sciebat, quod ex bonis tertii quis debitum repetere non possit, tertio datum.

Respondeamus : nec necesse est, Lege quacunque novam iuris speciem introduci. Haec qualitas certe sola legum praefstantiam tantum abest quin efficiat vt potius multitudo nouitatum subditos confundat, quamque legem iam sequi tenentur, vix mente retineant. Consideremus ipsi, quot novas constitutiones per singulos annos sapientissimus patriae nostrae Pater ad notitiam subditorum suorum peruenire cureret, et exploremus, vtrum quaelibet constitutio noua contineat? certe plus simplici vice hoc vel illud, vel prohibendo vel mandando repetitum videbimus prout apparet, in hoc vel illo, vel omittendo vel faciendo, subditos negligentiores vel procliuiores fieri incipere. Et hoc certe est quod maxime deuenerandum habemus in serenissimo principe ac patriae Patre



Patre nostro, vt clementiam superare suam semper velit iustitiam summam, saepius monitos et incorrigibiles fere se exhibentes tantum promeritis proseguitulo poenis.

Dein haec sapientissima in legis dictae conceptione vero similiter fuit intentio Legislatoris, vt subditos suos, ad horaretur, ne admodum faciles sint genti rustico nimium multum credendi, publice ideo iis quasi notum clementissime facit; plerunque fere in Ducatu a dominis praediorum dari vel relinqui rusticis praefidia, eaque ideo, vt res alienas, executioni non futura esse obnoxia; monet, ne quis plus credat rusticu, quam ex bonis certe ac indubitate propriis iterum restituere valeat!

Auertere igitur sapientissimus Legislator hac promulgata lege voluit, ne creditor suum perdat. Et quum quilibet facile perspiciat, agros, quos rusticos et homines proprios colendos habere scit, non res eorum sed potius dominorum totius fundi esse, idem vero de praefidiis non inter omnes constet, simul ad omnium notitiam clementissime producere voluit, et haec praefidia fere vbiique Ducatus locorum a dominis tantum dari vel relinqui rusticis, quo quilibet caueat, ne ex hac re securitatem sibi fingat, et saepissime deceptum se sentiat.

#### §. 16.

Non dubitamus fore plerosque, qui ex hactenus dictis iam concluderunt, legem in praecedentibus §§. explicatam a nobis patriam de ea specie plane non loqui, quando de praefidio et ad rō cuius in dubio referendum idem sit, inter dominum fundi et hominem proprium disceptatio cooritur; sed potius tantummodo de illa specie, quando creditor rusticus ex reliquis huius bonis propriis sibi pro debito satisfieri non posse vider, et iam sub executionem etiam praefidum vocari desiderat. Vtraque vero species magnopere inter se differt, et aliud de hac, aliud de illa Leges nostres prouinciales iudicare appetet. Disponit lex et constitutio pro-

prouincialis, de cuius explicatione solliciti sumus, solummodo de priori specie. Exstant notoriae leges patriae prohibentes, ne quisquam homini proprio absque consensu domini et ultra quam istius bona propria, praeter praesidium, important, credat b). Respiciens ad has leges ordinatio prouincialis aulica disponit: si creditor hominis proprii adest, qui eidem absque domini consensu in tantam summam fidem habuit, quanta ex bonis illius propriis, excepto praesidio, restitu non potest, ideoque etiam in praesidium ipsum executionem fieri desiderat: hic creditor legum, quas transgressus est, fauorem non meretur c). Huius igitur creditoris in odiu et in fauorem agriculturae d) ait lex, a iudice prouinciali praesumendum esse praesidium rustici esse τὸ suum domini fundi, et hoc eosque, dum creditor iste probauerit praesidium esse ex bonis propriis istius rustici, cui fidem habere non dubitauit. Hoc igitur casu, quo rustico cum creditore

res

b) ordinatio politica de 1572 supra cit. loc. ibique verbis: Wir wollen aber auch — alle und jede Einwohner — verwarnet heben, daß sie den Panern — — nicht weiter oder mehr leihen, borge oder vorstrecke, dann so hoch sich eines jeden Haab und eigen, dessen er zu vergeben und zu verschenken zu Rechte mechtig, erstrecken und gelangen thuet ic. ic. eadem Lex. Tit. von Verschreibung der Heuer und anderer Güter, vbi. so haben wir geordnet und gesetzt, das hinsürder kein Einwohner in Stedten und Dörfern ohne Wissen und Willen seiner Herrschafft, einiges Geldt auf seine Güter nehmen solle, wo aber irgend ein Bürger oder Paner, dermaßen Geldt zu lehnen bedingtiget würde, so sollen sie sich mit demjenigen, der es ihnen leihen will, für die Obrigkeit versügen, und derselben Botschaft und Willen darzu bitten ic. ic.

c) Legis auxilium frustra inuocat qui committit in Legem L. 37. §. 1. ff. de minor. L. 5. C. de iudic. c. 33. de Elect. id quod non tantum procedit in delinquentे contra legem sed etiam in eo, qui legem contemnit: Contemnens enim legem vicissim a lege deseritur §. 5. in fin. I. de hered. qualit. et differt. L. 26. quando et quibus pars quart. deb. Nov. 82. cap. II.

d) quae neruus et tamquam uber est, quo Ciuitates sustentantur ut ait Mey. p. 7. D. 328. n. 8. cuiusque fauor in iure maximas est.

E



res est, qui plus quam leges volunt, eidem credidit, ex quo invitus Dominus damnum et agricultura detrimentum capit, quando praesidium, quod supra in instrumentis etc. ad agriculturam et oeconomiam rustici necessariis consistere diximus a creditore via executua desideratur; et dominus contradicens adserit, praesidium esse suum, hoc inquam casu, Lex patria prohibet executionem in praesidium expediendum, et tribuit contradictenti domino prae sumptionem iuris, praesidium esse ex τῷ suo. Vera mens legis ideo haec est: nemo in megapoli homini proprio plus credat, quam quod ex illius bonis propriis, excepto praefidio, recuperare valet, quod qui non curat atque dein ab homine proprio solutionem recipere non potest, illi, deficiente alio obiecto executionis, ex praefidio iuuandum non est; nisi probare talis creditor possit, quod praesidium ad bona rustici propria certe referendum et non a Domino fundi profectum sit. Qua probatione vtique creditor audiendus erit, partim quia in megapoli dantur casus, quibus praesidium ad τῷ suum hominis proprii pertinet, quod probant verba legis fast allgemein re, partim quia ante quam absoluatur haec probatio nondum constat, vtrum creditor contra prohibitionem ordin politicae plus crediderit homini proprio, quam eius bona propria valent, etenim in ord. polit. depositum est, quod creditor rustici ex isto praefidio, quod ad τῷ suum domini pertinet, juuari non debeat vnde apparet, istud omnino exceptum esse praesidium, quod ad bona hom. proprii ipsius referendum, vtpote quorum liberam omnino dispositionem habet.

#### §. 16.

Neutquam vero lex haec patria de posteriori specie §. praeced. verba facit, quando nempe inter ipsum Dominum et hominem proprium de praefidio contentio exoritur; illo, suum esse, adserente; hoc, se illud a Domino accepisse, negante, Nulla sane lex patria singi vel monstrari nobis poterit, sanciens, quod hoc quoque casu prae sumptio illa juris intuitu praefidii,



fidii; ad <sup>70</sup> suum pertinentis, pro fundi domino militet, et contrarii probatio in pauperem hominem proprium deuoluere-  
tur. e) Constat vero inter omnes, constitutiones prouinciales tamquam statutarias stricte semper interpretandas et ita accipiendas esse, vt per eas jus commune, quantum fieri potest, non corrigatur f) plane huic regulae juris contraria via procederemus, si Legem hanc prouinciale latissime expli-  
care, & a casu, de quo vnice loquitur, ad casum extendere:  
sive, quod in odium Creditoris rustici statutum est, in odium ipsius rustici torquere vellemus. Et certe vtraque species nullam patitur comparationem. In specie legis prima cum Creditore suo res est rustico 2) obaerato, cuius ex praesidio ille 3) solutionem vrget 4) inuito et contradicente domino. In secundo casu contentio adest 1) inter fundi dominum et rusticum a) non obaeratum, a quo ille 3) non solutionem ex praesidio sed ipsum praesidium poscit, et 4) vltro rusticum dimittere vult nec istius seruitia nec culturam agri amplius desiderat. Poscit hoc casu dominus praesidium, quia hoc rustico vel antecessoribus illius dedisse se contendit et certe justus rerum arbiter nunquam judicabit, hoc quoque casu presumtionem juris esse pro domino et contra rusticum, hic enim plane cessat species, quam lex respicit, quidni lex et legis dispositio cessaret? vtique. Ius igitur tantum commune hoc casu decidendi suppeditare potest rationem, eamque suppeditat, quod afferenti, non neganti; petenti, non possessori, incumbat probatio.

### §. 18.

His ita explicatis vix erit quod ex historia patria et pra-  
judiciis quorumdam ICtorum patriorum desumpta contra sen-  
tien-

c) adstat nobis Canon iuris, quod quidquid de uno affirmatur, de reliquo tacite negetur, cuius exempla in iure passim exstant. L. 1. ff. de off. eius. cui mand. L. 21. C. de procurat. L. 13. de Compens. L. 1. §. 1. de pign. L. 38. §. vit. de Aedit. Edict. Et haec regula toties procedit, quoties affirmatiuae et negatiuae est diuersa ratio.

f) Carpz. part. 2. Const. 52. Def. 11. n. 4. et Part. 4. Cap. 19. n. 6.  
E 2



tientium argumenta g) adhuc sub censuram vocemus. Fiat tamen breuissimis, quum superflua quoque nonnumquam non noceant. Ex historia imprimis hoc obiicitur patria, quod constet inter omnes, Megapolin quondam fuisse Venedorum et Sclauorum sedem, aethnicae gentis, ab Henrico Leone, Duce Brunswicensi, imprimis Seculo XII. ita devictae, ut, Duce Pribislao in fugam coniecto, incolae Venedi et Sclavi in seruitutem personalem plenissime detrusi, glebae adscripti, nil proprii retinuerint, sed quidquid ad colendos agros vietumque parandum illis necesse fuerit a benevolentia victorum acceperint, non iure proprietatis sed tamquam precarium, pro lubitu a dominis concedentibus reuocabile, qua posita hominum propriorum origine et primaeua conditione, de cuius facta mutatione nil constaret in patria nostra; inde deducunt, nihil magis naturale quum sit, quam quod is, qui finem quendam consequi velit necessaria etiam media suppeditare debeat, ideo et Dominos praediorum, qui culturam agrorum ab hominibus propriis fieri voluerint, etiam praesidia ad istam culturam necessaria, iis subministrare debuisse, quod eo minus negandum foret, quum probe considerata hac illorum origine statim eluceret, homines proprios nulla bona propria, ideo nec facultatem, sibimetipsis comparandi praesidia, habuisse.

### §. 19.

Sed qui ita argumentantur, iisdem facile opponitur exceptio mutilatae, et in suos solummodo usus conuersae historiae patriae. Verum quidem est, patriam nostram quondam fuisse sedem venedorum atque Sclavorum, nec negamus has gentes ab Henrico Leone Seculo XII. fuisse in fugam coniectos devictos et in seruitutem detrusos; ast scriptores fide dignos, qui haec

g) constitutio Ha, cuius ill. Dn. Praef in not. 3. ad §. 13. Cap. III. diff. de statu hom. prop. in megap. nostram non tangit thefir, quum non de praesidio, sed de ipso fundo (dem Gehoste) verba faciat.



haec memoriae mandarunt h) cui euoluere placet, statim compertum exploratum habebit, ex devicta Venedorum et Sclauorum gente plurimos aufugisse sedesque in aliis prouinciis fixisse, paucissimos contra durissimo seruitutis iugo se subiecisse immo plures in ipsis sedibus antiquis libertatem suam conseruasse, nec vnam in seruitute vixisse, sed auctore Duce Pribislao partem terrae auitae tenuisse atque conseruasse h). Negandum igitur nobis primo est, omnes homines nostros proprios descendere ab illis Venedis vel Sclauis seruitute personali domatis; quin potius compertum habemus, expulis Venedis Sclauisque, et megapholi deuastato nouas incolas ex longinquiteris huic fuisse vocatos, ut agrum colerent, quos liberos homines fuisse ex eo iam concludimus, quod hominibus propriis pro arbitrio ex vna in aliam migrare prouinciam non liceat. Quo posito, etiam non fallere credimus, istas nouas incolas bona secum adportasse propria ad comparandum praesidium sufficientia i). Iam respondeat aequus iudex querentibus nobis vtrum argumentari liceat: quia pauci ex devicta Venedorum gente in Megapholi remanserunt, et in seruitute personali viixerunt, nil proprii habuerunt, sed omnia a Dominis acceperunt, quia fortassis ab hisce quidam nostrorum hominum priorum descendunt; ergo de omnibus idem dixendum, ergo praesumtio est pro domino? certe quilibet negabit vim huius argumenti eoque maiori iure negaturus est, quum hac argumentandi ratione plura exinde deduci possunt, quae tamen ex parte falsa esse certo constat. Exinde certe praesumtio pro Domino asserenda esset, omnia bona hominis proprii ad το suum pertinere,

h) Helmold. in Chronie. Sclau. Lib. 2. cap. 4. 5. et 16. num. 5. Kranz in Vandal. Lib. 5. cap. 19. Bargertus in origin. lubec. apud Dn. de Westphalen tom. I. monum. ined. pag. 1276.

i) Legat, qui totam gentem sclauorum seculo hoc prorsus fuisse abiecit et male omnibus merito audiuisse, scriptum incomparabile, quod inscribitur: Der Landes-Fürst in Rostock §§ 22. 24. Add. quae de nouis incolis ex scriptoribus fide dignis memorat. Ill. Dn. Praefos diss. cit. cap. 2. §. 10. pag. 29. 30.



nere, et contra rusticum, nulla bona iure suo et proprio habere posse, id quod tamen et aequitati et iuri prouinciali notorio stricte contrarium esset futurum.

#### §. 20.

Si igitur per haec tenus probata nec ius commune nec patrum nec iudicium ex historia deriuandum sententiae nostrae contrariatur: Si, inquam, recta adhibita explicatione vbiique plus ponderis eidem accrescit, quid est, quod auctoratum curam habeamus, quae omnes erronea Legum prouincialium interpretatione vnicce nituntur, eoque minus vim vusualis interpretationis continent, quo certius est in iure, quod ne iudici, quidem, de consuetudine testanti fides habenda sit k) et quo magis in oculos incurrit, quod semper fere unus scriptorum ad alterum prouocet, huiusque fide contentus propria disquisitione et veritatis inuestigatione supersedeat. Ita e. g. Manzelius, cuius tamquam praceptoris quondam nostri et antecessoris in hac alma Fridericana celeberrimi, cineres adhuc nobis sanctae sunt, prouocat ad Meium dum nobis contrarius sentit l); praeiudicium vero quod Dn. Dr. Ungnaden m) memoriae posterum seruare studuit nobis ideo non obstat, quia de ea specie loquitur, qua certum est et comprobatum, hominem proprium a Domino fundi praesidium accepisse.

#### §. 21.

Antequam vero finem faciamus, ad duas quaestiones materiae, quam tractauimus adfinis, adhuc paucissimis respondeamus licet. Prior est: Vtrum si in praedio quodam uno, duobus vel tribus hominibus propriis a fundi Domino praesidium datum esse constat, idem quoque de quarto, quinto et ulte.

k) Berger in Oeon. Iur. L. I. Tit. I. §. 12, 19. sq. von Cramer Weißlärliche Nebenstunden tom. 39. num. 6.

l) in iure meckl. et Lub. ill. Cent. 3. Iud. 70.

m) in Amoen. diplom. histor. jurid. pag. 468. seq.



vterioribus certe adserere liceat? quod negamus. Nam Conditio non modo sed et circumstantiae extrinsecae hominum priorum in Megapoli, non modo pro diuersitate pagorum sed in singulis personis adeo differunt, ut idem, quod intuitu vnius affirmare licet, de altero praedicari non possit.

§. 22.

Permulti deinde contendunt, quod homines nostri proprii praesidium omnino relinquere debeant, si illud in praedio domini vel occasione illius sibimet ipsis acquisuerunt, eoque tantum in casu, ejeci fundo, sibi poscere valeant non ipsum praesidium sed valorem illius; si vel maxime illud plane non in praedio sed aliunde acquisitum esse constaret. m) Quaeritur jam, vtrum haec sententia aequa sit justaque? Nos negamus, si enim

hominibus

m) vid. Nota XXX, in Vngnaden amoen. I. c. pag. 472. etiam megapoli species dari, quibus homo proprius extra domini fundum hinc alinnde acquisitum habeat praesidium exemplo fit Rescriptum, hisce quod diebus nostris incidit manibus et verbotenus hic inserere licet:

U. S. cet.

Da der ehemalige Bereiter Born, die ihm aus besondern Gnaden 1747. eingeggebene hiebvorige Gildemeistersche Cossaten Stelle zu Bernit weiter zu bewohnen und den Acker, obgleich keine Hose-Dienste von ihm geleistet, noch die Registermässige praestanda abgeführt worden, hauswirthlicher Art nach zu bestellen sich selbst, und zwar durch seinen bisher geführten schlechten Lebenswandel außer Stand gesetzet, und nunmehr gerne siehet, daß sie ihm abgenommen und einem andern eingethan werde: So wollen Wir denn, daß diesem die beynahe durch ihn verwüstete Cossaten Stelle mit der Hälfte des noch vorräthigen Viehes, welches er Inventarienmässig abzuliefern doch nicht im Stande seyn wird, Wir auch den Mangel aus bewegenden Ursachen übersehen wollen, abgenommen, und hinwieder dem, von euch als einen tüchtigen Hauswirth unternässt im Vorschlag gebrachten Iohann Hinrich Tielcken aus Iurgenshagen, um so viel mehr eingegaben werde, da er sich mit allen zur Hofwehr erforderlichen Nothwendigkeiten selbst hauswirthlich versorgen, den gewohnten Hose Dienst leisten und alle sonst Registermässige Amts-praestanda abtragen will. Wann nun diesem Iohann Hinrich Tielcken die Stelle quaest. angewiesen worden, und er sich erklärtermaßen eingerichtet; so kann von Unserm Amt ihm der Haup-Brief, wie im Protocollo gebethen, seiner unkünftigen



minibus nostris propriis, per notoria, non deneganda est facultas acquirendi bona, quae suo et proprio habeant jure, si, inquam, ejusmodi bona in ipsis dominorum praediis illos adquirere posse et per experientiam totius patriae actu acquisita tenere, certum est; nescirem sane, quomodo hoc principium intuitu praesidii exceptionem pati deberet, in quo acquirendo homo proprius illud temporis consumit spatium, quo alias res sibi comparare licuisset. n) Meo igitur quali quali judicio etiam istud praesidium manet rustici proprium, quod in fundo domini diligenter laborando sibi adquisiuit, ita ut pretium et valorem tantum istius dominus ei inuito non obtrudere possit sed ipsum praesidium in natura eidem relinquere, ut suum, debeat.

Zukünftigen Sicherheit halber gereicht, das auf der Stelle von Vorn nachgebliebene Vieh soll aber denen Unterthanen, welchen noch etwas mangelt, gegeben werden. Datum Suerin, den 10ten Iulii, 1751,

V L R I C A S O P H I A, h. p. M.

n) sentit nobiscum D. Vngnaden dicta nota cit. loco cuius verba haec sunt: Ist es aber wahr, daß unsre Bauern facultatem propria bona possidendi et commercia in propriam utilitatem excendendi haben (Mantzell in diss. de hominib. propriis in Megap. Cap. 1. §. 3.) so ist wohlmeinem Gedanken nach nicht abzusehen, warum denenselben dasjenige, was von dem iibrigen gemacht, nicht vergütet, und denen Erben und Gläubigern ihr Recht daran versaget werden dürste. Für die Unterthanen streitet ein unstreitiges dominium und Eigenthums Recht an dieser ex propriis angeschafften Hofwehr, auf seiten der Herrschaft fehlet es an einem titulo dominii translatiō und der Unterthan ist nicht weiter als ad seruitia et operas gehalten, auch wil nicht viel releyiren, daß diesen oder jenen Bauern in solchen Fällen keine Vergütung geschehen, cum non semper deficat ius etc.



THE-

# THESS.

---

Hominum propriorum validum testimonium est in testamentis etiam sollemnibus.

Homini proprio non incongrue tribui videtur facultas alienandi praesidii eo quoque casu , quo constat, illud a domino esse profectum.


Praestaret sane , nullos esse homines proprios.

Obligatio hominum propriorum ad praestandas operas indeterminatas non excludit prudens iudicis arbitrium , num plus iusto ab ipsis dominus praedialis exigat.



F

PRAE-



P R A E N O B I L I S S I M O  
A C  
D O C T I S S I M O  
A V C T O R I H V I V S D I S S E R T A T I O N I S  
C A N D I D A T O D I G N I S S I M O  
S. D. P.  
P R A E S E S.

---




*Rem mihi fecisti gratissimam, quod dissertationem Tuam  
ex iure patro desumtam et proprio marte elabora-  
tam mihi obtuleris meumque poposceris praesidium.  
Ingenue quidem fateor, non ubique me Tecum con-  
sentire, potius Tua est tota; et vix quaedam inter-  
posui, ne turbarem Tuarum meditationum ordinem. Facile quili-  
bet perspiciet, non vulgari Te ornatum esse doctrina atque ingenii  
acumine; laudabunt Te boni omnes, Tibique applaudent. Mihi  
autem exoptatam gratulor hanc occasionem, publice significandi,  
quanti Te faciam. Cognoui Te virum bonum, singularibus ani-  
mi dotibus praeditum, dignissimumque iuris candidatum. Perce-  
pisti iam aliqua diligentiae pietatis ac indefessi laboris praemia;  
longe maiora autem Te exspectant. Diu ergo viuas in solarium  
depressorum, in gaudium Optimi Parentis, Amicorum oblecta-  
mentum. Vale iterumque vale, nec me amare desiste. Dabam  
die 20. Februarii 1770.*



PERNOVELIS SUMO  
ADOCTISSIMO  
ANCTORAIHINZ DISSERTATOAIS  
GANDIDTOO DIGNSSIMO  
ZUS  
PERAUSEZ

Y  
X  
W  
V  
U  
T  
S  
R  
Q  
P  
O  
N  
M  
L  
K  
J  
I  
H  
G  
F  
E  
D  
C  
B  
A

29. Dez. 1862



constituti , juxta ANTHON FAB. in  
o. Tit. 29. Def. 10. vocantur Clarissimi.  
K. Vol. 3. Conf. 144. n. 13. æqviparantur No-  
TIRAQVELL. De Nobilitate c. 26. n. 11 di-  
mè meriti. COTHMANN. Rep.  
neliorem ducere vitam , qvam  
atores. CARPZ. Lib. 3. Rep. I n. 30  
ibus Advocati nomen tribuitur  
ntur titulis, non dicam de illis,  
in supplicatum auffseten können/  
icuntur Advocati, rectius, Vdhn-  
s, sed de illis tantum qvi in nu-  
rum qvidem recepti, suo tamen  
funguntur. Temporis & pagel-  
on permittit, accuratè omnia re-  
us pertractare, qvænam ad offici-  
. bene meriti Advocati reqviran-  
n dicam : Advocatus , anteqvam  
dam sulcipit , fundamenta ejus  
debet, si enim qvam scit injustam  
n in progressu talem esse reperit,  
est, nisi in malo sensu , Clarissimus,  
simè de Rep. meritus , conscienc-  
litigantium pecuniam in eorum  
ò commodum perdidit ; Sed nec  
vis justa, titulos superius adductos  
ati , qui causam non fideliter per-  
sæ, non conscientiæ habent ratio-  
ot aliquando petuntur dilationes?  
lam litem , dà bekämpft dan der  
ne Frist - Bitte 163. abzuschreiben  
wid

